



| Text | Vokabelangaben und Übersetzungshilfen | Übersetzung |
|---|---|-------------|
| <p>[12] <u>Petimus</u> abs te, M. Fanni, a vobisque, iudices, ut quam acerrime maleficia <u>vindicetis</u>, ut quam fortissime hominibus audacissimis <u>resistatis</u>, ut hoc <u>cogitetis</u>, nisi in hac causa, <u>qui</u> vester animus <u>sit</u>, <u>ostendetis</u>, eo prorumpere hominum cupiditatem et scelus et audaciam, ut non modo clam, verum etiam hic in foro ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia caedes <u>futurae sint</u>.</p> | <p>acer: scharf, dringend (LV) vindicare: rächen, beanspruchen, bestrafen subsellia: Sessel ostendere, ostendo, ostendi, ostentum: zeigen (LV)</p> <p>der Acl ist von cogitetis abhängig</p> | |
| <p>[13] Etenim quid aliud hoc iudicio <u>temptatur</u> nisi, ut id fieri <u>liceat</u>?</p> | <p>temptare: versuchen, unternehmen iudicium: hier: der Prozess</p> | |
| <p><u>Accusant</u> ei, qui in fortunas huius <u>invaserunt</u>, causam <u>dicit</u> is, cui praeter calamitatem nihil <u>reliquerunt</u>; <u>accusant</u> ei, quibus occidi patrem Sex. Rosci bono fuit,</p> | <p>causam dicere: sich verteidigen calamitas, calamitatis f.: das Unglück (LV) fortuna, fortunarum f.: der Besitz (LV) bono alicui esse: jemandem nützen (Dativus finalis)</p> <p>Von bono fuit hängt ein Acl ab.</p> | |

| Text | Vokabelangaben und Übersetzungshilfen | Übersetzung |
|--|--|-------------|
| causam <u>dicit</u> is, cui non modo luctum mors patris <u>attulit</u> , verum etiam egestatem; <u>accusant</u> ei, qui hunc ipsum iugulare summe <u>cupierunt</u> , | luctus: die Trauer egestas: Armut (√ egere, egeo: bedürftig sein) iugulare: erwürgen trucidare: ermorden | |
| causam <u>dicit</u> is, qui etiam ad hoc ipsum iudicium cum praesidio <u>venit</u> , ne hic ibidem ante oculos vestros <u>trucidetur</u> ; denique <u>accusant</u> ei, quos populus <u>poscit</u> , causam <u>dicit</u> is, qui unus relictus ex illorum nefaria caede <u>restat</u> . | praesidium: Leibwache, Schutz (LV) (√ prae + sideo; eigentlich: vor jemanden sitzen) poscere, posco, poposci: fordern (LV) | |
| [14] Atque ut facilius intellegere <u>possitis</u> , iudices, <u>ea</u> , quae <u>facta sunt</u> <u>indigniora esse</u> , quam haec <u>sunt</u> , quae <u>dicimus</u> , ab initio res, quem ad modum <u>gesta sit</u> , vobis <u>exponemus</u> , quo facilius et huius hominis innocentissimi miserias et illorum audacias <u>cognoscere possitis</u> et rei publicae calamitatem. | initium: der Anfang exponere, expono, exposui, expositum: darlegen, darstellen calamitas: siehe oben | |

Erläuterungen:

√ = (etymologische) Wurzel

LV = Lernvokabel; diese Vokabel ist auch in die Liste der Lernvokabeln aufgenommen, die in der Sammlung der Arbeitsmaterialien enthalten ist

Interpretationsfragen:

1. Welche Rolle spielt die Politik in diesem Teil der Rede?
2. Welche Aufgabe und Verantwortung sieht Cicero bei den Richtern?
3. Beschreibe den Satzbau in § 13 und erkläre seine Wirkung. Suche aus deiner Grammatik oder aus dem Internet Listen mit den rhetorischen Fachbegriffen und finde heraus, wie man dieses Stilmittel beschreiben kann. Hier kannst du deine Suche beginnen: http://www.schule-bw.de/unterricht/faecher/latein/interpretation_

In § 15 beschreibt Cicero das hohe Ansehen, in dem der Vater des Angeklagten immer stand. Er habe aber seinem Sohn nur dieses Ansehen als Erbe (patrimonium) überliefert, weil ‚domestici praedones‘, gemeint sind die Verwandten T. und Magnus Roscius, seinen Besitz an sich gerissen hatten.

| Text | Vokabelangaben und Übersetzungshilfen | Übersetzung |
|---|---|-------------|
| <p>[16] Hic cum omni tempore nobilitatis <u>fautor fuisset</u>, tum hoc tumultu proximo, cum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen <u>veniret</u>, praeter ceteros in ea vicinitate eam partem causamque opera, studio, auctoritate <u>defendit</u>.</p> | <p>fautor: der Unterstützer (✓ favere: begünstigen) tumultus, tumultus m: die Unruhe, der Aufruhr. Gemeint sind die Auseinandersetzungen zwischen Marius und Sulla ea pars: die Partei der Senatoren opera, operae f.: die Mühe, die Arbeit (LV)</p> | |
| <p>Etenim rectum <u>putabat</u> pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos <u>numerabatur</u>.</p> | <p>honestas, honestatis f: die Ehre von putabat hängt ein Acl ab, von numerabatur, weil es im Passiv steht, ein Ncl. numerari: als jemand gelten</p> | |